

1611. Nov.

199-6


Nos, Dei gratia, Joannes Sigismundus, Marchio Brande-  
 burgensis, S. R. Imperij Archicamerarius et Elector, in  
 Prussia, Polonia, Croatia, Montium, Stiria, Pomerania, Capu-  
 borum, Vardalorum, et Croacia, Carnovia; in Silesia Dux,  
 Burgravius Norimbergensis, et Princeps Rugia, Comes  
 Marchia et Ravensburgi, Dñs in Ravenstein, testamur  
 presentibus hysce literis nostris, Cum Ser<sup>mo</sup> Principi  
 ac Domino Dño Sigismundo Tertio, Poloniae, et Sueciae  
 Regi, Dño consanguineo et affini nostro observandissimo,  
 uti et amplissimis inclyti Regni Poloniae, Ordinibus, in  
 proximis praeteritis Comitijs Varsaviensibus, placuisset,  
 tan ex Senatorio, quam Equestri Ordine, certos Commisa-  
 rios designare, qui DEO volente X<sup>vi</sup>. die May, in se-  
 quentis Annj MDCXII. in finibus inclyti Regni, et  
 nostra Nova Marchia congregiantur, et de navigatione  
 Tutta libera, et sine indecora illicitaq; Nobilitatis Ma-  
 joris Poloniae per telonea aggravatione, in fluvio Wartha  
 qui ditrones nostras alluit, ac in Oderam se tandem ex-  
 onerat, instituenda, deliberent, ac transigant, Nos,  
 quamprimum in Electoratum nostrum, DEO adjuvante  
 reversi fuerimus, non modo cum Ordinibus, commemorata  
 nostra Nova Marchia, hac de re, serio, et diligenter  
 acturos, sed et ex ysdem, principuos Consiliarios, Vasal-  
 losq; et subditos nostros, itidem delecturos, et circa  
 dictum diem X<sup>vi</sup>. May, ad illos ipsos limites Electro-  
 ratu nostrj, ita ablegaturos esse, ut Regj Dño Com-  
 missarijs sese tum ostentent, ac vj plenipotentie, qua

Från oplacerada  
 Extraxen 1929

ipso manemus, quacumq; ad hanc rem, ex communi usu, utriusq; nationis, definiendam, rectiq; constituendam pertinere videbuntur, cum iisdem perficere, et determinare possint.

Id quod Nos sic facturos, prastiturosq; esse pollicemur.

In quorum fidem presentes hanc manus nostrae subscriptione sigilliq; impressione corroboravimus. Actum Varavia,  
XVIII. die Mensis Novembris Anno MDCXII.



Johannes Sigismundus Elector.



De Navigatione Varkusi.